UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

## Petrus <de Natalibus>

## Lugduni, 1508

De sancta Helena regina. Cap[itulum]. lxxiij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

et conſobrinā ſepulta eſt: cuius: qꝛ dies paſſionis ignoratur: paſſio eius recte matri ſubijcit.

¶De ſanctis Liberato abbate ⁊ ſocijs martyribus. Cap. lxxi.

LIberatuſ abbas bonifaciꝰ diaconus: ſeruius: ⁊ ruſticꝰ ſubdiaconi: rogatꝰ: ſeptimus: ⁊ ſeuerꝰ monachi: ⁊ maximus puer apud aphricam perſecutione vandalica ſub hunerco rege paſſi ſunt: q̇ ex territorio ciuitatis caproſeñ. monaſterio abſtracti: et carthaginez ducti: primo ſunt cuſtodie mācipati ⁊ ferro vincti: deinde naui impoſiti fuerunt: manibus ac pedibus ligatis: ipſaqꝫ nauicula ſiccis lignis impleta: igne immiſſo vt cremarentur. Sed diuino nutu ignis extinctus ſepiuſqꝫ renouatus ſemper deficiebat. Demū remorū vectibus mactati cerebris excuſſis extincti ſunt. Corpora ꝟo in mare iactata: ſed diuina diſpenſatione littori euecta in monaſterio contiguo loco baſilice quod dicitur celerine: a chriſtianis ſepulta ſunt: vt victor ſcribit aphricanus. Qui paſſi ſunt. xvi. kalen. ſeptembris.

¶De ſancto Mammete martyre. Cap. lxxij.

MAmmes puer. vij. annorum apud ceſarē cappadocie tpe aureliani imperatoris et preſidis antiochi paſſus eſt. Qui defunctis parētibus perſecutionē fugiens in ſiluā receſſit: vbi orationi iugiter vacabat: ⁊ de lacte ſuarꝫ ouium ſe paſcebat. Sed admonitꝰ de celo in campū deſcēdit: ibiqꝫ codicem euangeliorū ⁊ baculū repperit: quibus aſſumptis in montē aſcendit. Et dū lectioni inſiſteret: ferarū multitudo ad eū conuenit: quibus manſuefactis de lacte ipſarū ſetūs emūgebat: de quibus ad refectionē ſui vtebat̄. Reſiduū ꝟo cum ad portā ciuitatis ceſaree ad vendendū deferret: vt preciū pauperibus erogaret. Alexander preſes hoc audiens: miſit ad euz duo milites capiendū. Quos ille in domū ſuam adducens benigne refecit. Dumqꝫ illi animalia ferocia ad eum venientia conſpexiſſent territi fuerūt. Sanctus ꝟo mammes eos ſecutus eſt: corā preſide preſentās: ⁊ aſſerant xp̄ianum. Quē preſes detentū iuſſit in equuleo ſuſpendi ⁊ torqueri: deinde in carcerem recludi: vbi pluſqꝫ. xl. xp̄ianos repperit fame deficientes: verū orante puero columba de celo aduolans lac ⁊ mel attulit: quibus illos ſanctus refecit: et aperto carceris oſtio vectibus confractis oēs emiſit. Quod audiens preſes mammetem in caminū ignis mitti fecit. Igne ꝟo bis extincto biſqꝫ renouato: dum flammis deficiētibus illeſus extiſſet: beſtijs ſubijcit̄: ſed ab his intactus minime leditur. Amphitheatro quoqꝫ ab angelis incluſo: vt nemo exire poſſet: leo foueam egreſſus: multos iudeorū ac gentiliū interemit: qui ⁊ humana voce locutus eſt. Hec a deo ſe iuſſum facere in vltionē xp̄i militis māmetis. deniqꝫ iubente ſancto leo ſolū preſidem cū omni officio ſuo illeſum dimiſit. Tandē ſanctus martyr cum lapidibus obrutus maneret illeſus: ab angelis de celo vocatus emiſit ſpiritum. xvi. kalen. ſeptembris.

¶De ſancta Helena regina. Cap. lxxiij.

HElena regina mater fuit imperatoris conſtantini magni. Que ſicut in hyſtoria britonū legit̄: quaz iohannes veroneñ. in ſua chronica ponit: filia fuit cloelis regis britannie. Cum enim iam britones chriſti fidem ſuſcepiſſent: tpe videlicet eleutherij pape. Helena a patre ſuo in fide edocta: non tamen baptizata: eo ꝙ de his que audierat dubitaret: vt tamē ea vera eſſe ex parte aliqua cōprobaret: audiens miracula que rome fiebant per merita apoſtolorū petri ⁊ pauli dū a patre peregrinādi romā licentiā obtinere nō poſſet: deſiderio peregrinationis accenſa cū vnica ancilla fideliſſima claz inde diſceſſit: ⁊ mutato habitu romam venit. Quā cōſtantius imperator videns eius nimia pulchritudine allectus amauit: ⁊ vt peregrinā raptā ad ſe introduxit: eāqꝫ carnaliter cognouit: ac pluribus diebus ſecum habuit. Sed volentem omnino abire peregrinantē dimiſit: que nec patrem ei nec patriā indicare voluit. Et cū multos ſibi theſauros offerret nihil acceptauit: ſed ſolū anulū eius ſuſcepit. Inde igit̄ diſcedens habitu induta viliſſimo in villam ſeceſſit: vbi cū ancilla ſua morabatur: et de labore manuum ſuarum victum conſequebat̄. Eratqꝫ in domo quadā que olim fuerat ſtabulum equorū: vnde et ſtabularia dicta eſt. ¶Natum ergo puerū ex patris nomine conſtantinū vocauit. Qui cum ſapientia etate ⁊ virtutibꝰ creuiſſet: a vicinis mercatoribꝰ muneribus allectus abductus eſt. Et dum bizantium que poſtmodū fuit cōſtantinopolis dicta nauigaſſent: ſimulatas litteras ex parte īperatoris regi bizantij offerūt: filiā eius filio imperatoris quē ſecū adduxerāt petūt: ex hoc imperatorem pacem ſecum habiturū perpetuo promittentes: cum dudum adinuicem diſcordiam habuiſſent. Quod rex bizantij facere omnino curauit: filiamqꝫ ſuam in coniugem iuueni tradidit: theſauroſqꝫ maximos et ſeruos et ancillas eidē dedit. Mater ꝟo filiam ſuaz diplcide

gemmis infiniti valoris plena induit: vt ſi quā
do caſus aduerſus occurreret: exinde ſibi in
neceſſitatibus ſuis prouidere poſſet. Redeun
tes aūt mercatores in inſulā maris appulerūt:
in qua conſtantinū cum vxore dormitātes dimi
ſerunt: familiā eorū interfecerunt: ⁊ omnē the
ſaurum abſtulerunt. Illi autē excitati hoc vi-
dentes amariſſime flebant. Puella iuuenē in-
terrogat ſi vere filius imperatoris eſſet: eo ꝙ
de hoc aliquātulū dubitaret. Ille ꝟo ſe matrē
habere romanā pauperē reſpondit. Patrem ꝟo
ſuum quis eſſet omnino ignorare ſe dicit. Quē
illa confortās diploidē cū gēmis produxit: illi
ꝟo die ſequēti a romanis nauigātib⁹ aſſumpti:
ſimulantes ſe naufragio in inſula deiectos ro-
mam reperūt: ⁊ ad domū matris conſtantini tē
dunt. Iuuenis aūt ſe ⁊ coniugē matri preſen-
tauit: oīa que ſibi cōtingerāt narrauit: ⁊ diploi
dem cū gēmis tradidit. Tunc de cōmuni conſi
lio vrbē adeunt: palatiū emūt: ⁊ nobilē vitā du-
cunt. Conſtātinus ꝟo armis exercitabatur ⁊ in
oībus famoſus et cūctis amabilis habebatur.
¶ Cum aūt die quadā in quodā torneamento
plures proſtraſſet: ⁊ oībus ignotus eſſet: cum
ipſo imperatore congreditur: et cum ipſum ad
terram deieciſſet: imperator eius ſtrenuitatem
conſiderans: ipm ꝙ plurimū honoraſſet: ille de
progenie ſua interrogauit. Ille ꝟo patrē ſuum
ignorare ſe dixit: matrē ꝟo helenā ad impato-
rē adduxit: que ab eodē vix cognita: ⁊ ſecreti⁹
interrogata helenā ſe eſſe dixit: patrē ſuū ac pa
triā ꝑdidit: oēſqꝫ ſuos euentus pendit: cōſtan-
tinū quoqꝫ impatoris filiū eſſe aſſeruit: ⁊ in ſi-
gnum horū anulū eius ceſari preſentauit. Qđ
audiens conſtātius letus vltra modū efficit: ⁊
qꝛ vxor nuper defuncta erat: helenā in coniugē
deſpōſauit: atqꝫ cū rege bizantij matrimoniū
cōfirmauit: eo ꝙ mortuo oriētis imperiū acqui
ſiuit. Filiū quoqꝫ ſuū cōſtantinū in ceſarē ordi-
nauit. Quo defuncto eidē cōſtantinus in impe
rium ſucceſſit. Helena aūt bizantij exiſtens a iu
deis circūuenta xpm in quē adhuc plene nō cre
debat: cū neqꝫ baptiſmū accepiſſet reliquit: et
iudaiſmū accepit. ¶ Poſtꝙ aūt cōſtātin⁹ a ſan-
cto ſiluestro baptizat⁹ eſt: ⁊ a lepra mūdatus: ⁊
poſt diſputationē habitā de fide inter iudeos
⁊ ſiluestrum: ⁊ ipa quoqꝫ helena cōuerſa eſt ad
xpm. vt habitū eſt ſupra in geſtis ſiluestri pape
pridie. kalen. ianuarij. ¶ Poſt hec autē helena
amore paſſionis dñi aīata hieroſolymā pꝛexit
⁊ crucē dñicā requiſiuit. Sanctū quoqꝫ quiria-
cū: qui prius iudas eſt vocatus hieroſolymorū
epm ordinauit: partē quoqꝫ dñice crucis cōſtā
tinopolim ad filiū ſuū imperatorē attulit: par-
tem ꝟo in hieruſalē dimiſit: vt hec oīa acta ſunt
ſupra in hyſtoria de inuentiōe ſancte crucis. v.
nonā. maij. Ipſa ꝟo beata helena operibus pie-
tatis ⁊ religionis inſtudēs: octogeſimū etatis
annū agens in ſanctitate vite in pace quieuit

apud vrbē romā. xv. kalē. ſeptēbris. Sepulta-
qꝫ eſt in eccl'ia ſanctoꝝ marcellini ⁊ petri. Cui⁹
corpus filius eius cōſtātinus imperator inde
conſtātinopolim tranſtuliſſe dicitur: poſtꝙ ad
ipam vrbā habitaturus acceſſit. ¶ In tēporis
ꝟo ꝓceſſu de ipa vrbe rege a venetis tranſlatū
eſſe fertur venetias ipm corpus: et ſepultū ia-
cet in monaſterio ſuo nomini edificato.

¶ De ſancto Agapito martyre. Cap. lxxiiij.

AGapitus martyr paſſus eſt apud ciuita-
tem preneſtinā ſub aureliano im-
peratore preſide ꝟo antio-
cho quia ſancto porphyrio
martyre enutrit⁹ ⁊ in fide do
ctus: cum eſſet annorū. xv. et
amore xpi martyrio ferueret
ſponte ſe imperatori in vrbe obtulit: ⁊ ſe xpia-
num viua voce aſſeruit. Iuſſu ergo impatoris
tent⁹ ⁊ neruis crudis duriſſime ceſus: deīde vt
compelleretur ſacrificare traditus eſt. Qui du
riſſimo carcere ipſum incluſit: et per quattuor
dies cibum omnē negauit. Artulus ꝟo ſiue ana
ſtaſius cornicularius eum cuſtodiebat: ⁊ ab eo
verba vite audiens: pene in chriſtum credebat:
inde de carcere preſidi exhibitus: prunas ardē
tes ſuper caput iuſſit imponi: et cum gratias
martyr deo ageret: flagellis ceditur: et nudus
capite deorſum verſo ſuſpenditur: atro ſubter
eū fumo facto: omnibuſqꝫ abeuntibus ſic ſtare
mādatur: donec in ipo cruciatu deficeret. Mā
datūqꝫ eſt per preſidē vt nullus oīno ad eū acce
deret. ¶ Poſt dies autem quattuor anaſtaſius
corniculari⁹ illuc accedens: vidit eū ſolutū ſuꝑ
fumū ambulantē ⁊ pſallentē. Et conuerſus ad
xpm hoc preſidi nūciauit: quē pſes carceri mā-
cipauit: agapitū ꝟo iterum detentū a quattuor
ſibijnuicē ſuccedentibus flagellis cedi duriſſi
me iuſſit: deīde bullientē aquā ſuꝑ ventrē ei⁹
miniſtri diaboli effuderūt ⁊ maxillas eius ꝯfre
gerūt. Interea preſes ſubito de tribunali ſuo
cadens a miniſtris collectus: ⁊ in lecto reclina
tus eſt: ⁊ ſentiens dei virtutem in martyre poſt
modicum triſtem animam emiſit. Quod cum
imperatori nunciatum eſſet: iuſſit agapitum
ad ciuitatem preneſtinam duci: ⁊ ibidem in am
phitheatro leonibus ſubijci. Sed manſuefacte
fere ad lambendum pedibus martyris ſe incli
nauerūt. Quod vidēres ſceleris miniſtri iuſſu
imperatoribus tulerunt ſanctum martyrem: et
venerunt contra ciuitatem preneſtinam milia-
rio ab vrbe vigeſimotertio: vbi ſunt due colum
ne: ⁊ eum vbi gladio percuſſerunt. xv. kalen. ſe
ptembris. Cuius corpus a chriſtianis ſepul-
tum eſt miliario primo ab vrbe in ſarcophago
nouo ibi diuinitus inuento.